Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Cod. Biblia sacra (omisso Psalterio)

Biblia sacra (omisso Psalterio) - Lichtenthal 13

Lichtenthal (?), [um 1300]

Zefanja

urn:nbn:de:bsz:31-35330

Visual Library

se factum. Cui errori inductus ppls
supstitione ydolorum detentus admisãt
tãm custodisse. pascha etiã intermis
sum multis tempib; solus celebrasse
firmat. Ideo ds p pphãm temporibus
memorati regis que puentura erant
ostendens gentib; quitõe lectione com
prehensis ad futurũ iudiciũ. pplo is
rl salutem et ciuitati ierlm restau
ratione tunc tempis tribuendã textu
lectionis denuntiauit. Explicit plog.
Incip sophonias pph̃a.
Verbum dñi qđ fac
tũ est ad sophoniã
filiũ chusi filii go
doliae. filii amasie
filii ezechie in di
eb; iosie filii amon
regis iuda. Congregans congregabo
omnia a facie terre dicit dñs: congre
gans hominẽ et pecus. congregans
uolatilia celi et pisces maris. Et rui
ne impiorum erunt. et dispergam ho
mines a facie terre dic dñs. Et exten
dam manũ meã sup iudam. et sup
omnes habitantes ierlm. Et dispgã
de loco hoc reliquias baal et nomina
edituorum cũ sacerdotib;: et eos qui ad
orant sup tecta militiã celi et adorãt
et iurant in dño. et iurant in mel
chom et qui auertuntur de post ter
gum dñi. et qui ñ quesierunt dñm
nec inuestigauerunt eũ. Silete a
facie dñi dei quia iuxta est dies dñi.
quĩa preparauit dñs hostiam. sãti
cauit uocatos suos. Et erit. in die
hostie dñi uisitabo sup principes
et sup filios regis. et sup oĩs q
induti sunt ueste peregrina. Et
uisitabo sup omnẽ qui arroganter
ingreditur sup limen in die illa. q
complent domũ dei sui iniquita
te et dolo. Et erit. in die illa dicit
dñs uox clamoris a porta piscium
et ululatus a sda et contritio mag
na a collibus. Vlulate habitato
res pile: conticuit ppls omnis cha
naan. disperierunt oẽs inuoluti
argento. Et erit. in die illa dicit
scrutabor ierlm in lucernis: et uisi
tabo sup uiros defixos in fecib; suis.
qui dicunt in cordib; suis ñ faciet
bene dñs et ñ faciet male. Et erit
fortitudo eorum in direptionẽ. et do
mus eorum in desertum. Et edificabũt
domos et ñ habitabunt. et planta
bunt uineas et ñ bibent uinũ eorum.
Iuxta est dies dñi magnus. iuxta
et uelox nimis. Vox diei dñi amara
tribulabitur ibi fortis. Dies ire dies
illa: dies tribulationis et angustie
dies calamitatis et miserie: dies te
nebrarum et caliginis. dies nebule et
turbinis. dies tube et clangoris sup

ciuitates munitas et sup angulos ex
celsos. Et tribulabo homines et ambu
labunt ut ceci. quia dno peccauerunt.
Et effundetur sanguis eorum sicut humus.
et corpa eorum sicut stercus. Sed et argen
tum eorum et aurum eorum non poterit libe
rare eos in die furoris dni. In igne
zeli eius deuorabitur omnis terra. quia
consummationem cum festinatione
faciet dns cunctis habitantibus terram.

Conuenite congregamini II.
gens non amabilis. priusquam
pariat iussio quasi puluerem tran
seuntem diem. antequam ueniat sup
uos ira furoris dni. antequam ueniat
sup uos ira indignationis eius. Que
rite dnm omnes mansueti terre qui iudici
um eius estis operati. querite iustum
querite mansuetum. si quomodo absco
damini in die furoris dni. quia ga
za destructa erit et ascalon in desertum.
azotum in meridie eicient. et acca
ron eradicabitur. Ve qui habitatis
funiculum maris gens perditorum. Ver
bum dni sup uos chanaan terra phi
listinorum. et disperdam te ita ut non
sit inhabitator. Et erit funiculus
maris requies pastorum. et caule pe
corum. Et erit funiculus eius qui reman
serit de domo iuda. ibi pascentur in
domibus ascalonis ad uesperam requi
escent. quia uisitabit eos dns ds eorum
et auertet captiuitatem eorum. Audi
ui opprobrium moab et blasphemi
as filiorum ammon que exprobrauerunt
populo meo. et magnificati sunt sup
terminos eorum. Propterea uiuo ego
dicit dns exercituum ds israhel. quia mo
ab ut sodoma erit. et filii ammon quasi
gomorra. siccitas spinarum et aceruj
salis. et desertum usque in eternum.
Reliquie populi mei diripient illos.
et residui gentis mee possidebunt
eos. Hoc eis eueniet pro supbia sua.
quia blasphemauerunt et magnificati
sunt sup populum dni exercituum. Horri
bilis dns sup eos. et attenuabit omnes
deos terre. Et adorabunt eum uiri de
loco suo. omnes insule gentium. Sed et
uos ethyopes interfecti gladio meo
eritis. Et extendet manum suam sup
aquilonem. et perdet assur. Et po
net speciosam in solitudinem et inuiam.
et quasi desertum. Et accubabunt in
medio eius greges. omnes bestie gentium.
et onocrotalus et ericius in limini
bus eius morabuntur. Vox cantantis
in fenestra. coruus in superliminari.
quoniam attenuabo robur eius. Hec est ci
uitas gloriosa habitans in confidenti
a. que dicebat in corde suo. Ego
sum. et extra me non est alia amplius.
Quomodo facta est in desertum cubi
le bestie. Omnis qui transit per eam

sibilabit · et movebit manum suam.
III Ve provocatrix et redempta civi-
tas. Columba non audivit vo-
cem · et non suscepit disciplinam. In do-
mino non est confisa · ad deum suum non ap-
propiavit. Principes eius in medio eius quasi
leones rugientes. Iudices eius lupi ves-
pere · non relinquebant in mane. Prophe-
te eius vesani · viri infideles. Sacerdotes
eius polluerunt sanctum · iniuste egerunt
contra legem. Dominus iustus in medio eius ·
non faciet iniquitatem. Mane mane iu-
dicium suum dabit in luce · et non abscon-
detur. Nescivit autem iniquus confusionem ·
Disperdidi gentes et dissipati sunt an-
guli earum · desertas feci vias eorum · dum
non est qui transeat. Desolate sunt civi-
tates eorum non remanente viro nec ullo
habitatore. Dixi. Attamen timebis
me suscipiens disciplinam · et non peribit ha-
bitaculum eius propter omnia in quibus visita-
vi eam. Veruntamen diluculo surgentes corru-
perunt omnes cogitationes suas. Quapropter
expecta me dicit dominus in die resurrectio-
nis mee in futurum · quia iudicium meum
ut congregem gentes et colligam regna.
Et effundam super eas indignationem meam ·
et omnem iram furoris mei. In igne enim
zeli mei devorabitur omnis terra · quia tunc
reddam populis labium electum ut vocent
omnes in nomine domini · et serviant ei hu-
mero uno. Ultra flumina ethyopie
inde supplices mei · filii dispersorum meorum
deferent munus mihi. In die illa non con-
funderis super cunctis adinventionibus
tuis quibus prevaricata es in me · quia
tunc auferam de medio tui magniloquos superbie tue ·
et non adicies exaltari amplius in monte
sancto meo. Et derelinquam in medio tui
populum pauperem et egenum · et sperabunt
in nomine domini reliquie israel. Non faci-
ent iniquitatem nec loquentur menda-
cium · et non invenietur in ore eorum lingua
dolosa · quoniam ipsi pascentur et accubabunt ·
et non erit qui exterreat. Lauda filia
syon iubila tu israel · letare et exulta
in omni corde filia ierusalem. Abstulit dominus iu-
dicium tuum · avertit inimicos tuos rex
israel. Dominus in medio tui · non timebis ma-
lum ultra. In die illa dicetur ierusalem. No-
li timere syon · non dissolvantur manus
tue. Dominus deus tuus in medio tui fortis ·
ipse salvabit. Gaudebit super te in leti-
cia · silebit in dilectione tua · exulta-
bit super te in laude. Nugas qui a le-
ge recesserunt congregabo · quia ex te
erant ut non ultra habeas super eos oppro-
brium. Ecce ego interficiam omnes qui af-
flixerunt te in tempore illo et salvabo clau-
dicantem et eam que eiecta fuerat congrega-
bo. Et ponam eos in laudem et in nomen
in omni terra confusionis eorum · in tem-
pore illo quo adducam vos et in tempore
quo congregabo vos. Dabo enim vos

in nomen et in laudem omnibus populis terre cum convertero captivitatem vestram coram oculis vestris dicit dominus. Incipit prologus in aggeum prophetam.

Jeremias propheta ob causam periurii sedechie regis ut hystoria secundi libri paralipomenon indicat, qui fidem promissam nabuchodonosor regi chaldeorum non servaverat, populum israel refert a commemorato rege ierusalem expugnata captivum babyloniam fuisse productum. Sed cum memoratus populus multis temporibus idolis serviendo etiam effusione sanguinis innocentium se graviter inquinasset, nolens deus universam generationem eiusdem populi ob causas memoratas penitus deperire septuaginta annorum captivitatem eundem populum in regno chaldeorum statuit sustinere. hac ratione ut completo numero annorum novus populus a memoratis peccatis ad renovationem ierusalem perveniret. Sexagesimo itaque secundo anno regno chaldeorum subverso cum adhuc octo anni ad regnandum restabant, quod etiam visio danielis sexta ostendit, propter causam sacrilegii quod in eadem continetur fuisse extinctum. darius qui medis imperabat ut septima visio danielis ostendit memoratorum regno successit. Cuius primo anno regni ut decima visio manifestat daniel supputatis annis videns appropinquare tempus reversionis que per ieremiam fuerat promissa orat tamen ipse quod pro populo eandem promissionem adeo postulabat impleri. Cui per gabrielem angelum in eadem visione iuxta preces eidem universa esse completa deus edixit. Iam moriente supradicto rege medorum et succedente in regno cyro rege persarum et promissione dei completa per eundem regem populum israel ierusalem reductum hystoria secundi libri paralipomenon et initium esdre confirmant. Cumque a populo israel et senioribus templum dei edificari cepisset, mortuo cyro rege ac regnante dario rege persarum qui memorato successerat vicine gentes civitatis ierusalem ut huiusdem esdra refert restaurationem templi et civitatis resistendo impedire ceperunt. Qua ratione deterritus populus israel reparationem supradicti templi dei necdum iuxta promissionem concessam esse credebat. Propter quod in secundo anno regni memorati darii regis persarum aggeus propheta a domino missus ad zorobabel de tribu iuda qui potestatem regni susceptiturus erat et ihesum filium iosedech summum sacerdotem ammonet ut credant completo numero annorum tempus restaurationis ierusalem advenisse. Hoc etiam addito ne incredulitatem populi vellent imitari de quo deus per eum dixerit. Populus hic dicit nondum venit tempus ut edificetur domus dei. Omnia autem que